

Band XI., Nr. 5241, Seite 218

König Albrecht verleiht der Stadt Ravensburg auch die neuen Freiheiten, die er Ulm gegeben hat.

Konstanz, 1299. März 16.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. In regie maiestatis specula divino munere constituti libenter ad fidelium subditorum utilitates et commoda procuranda nostre benignitatis inclinamus intuitum, ut ceteri ex eo devotionis et fidei ad nos et Romanum imperium suscipiant incrementum. Noverint igitur tam presentis etatis homines quam future, quod nos grate devotionis obsequia providorum virorum civium de Ravenspurch dilectorum fidelium nostrorum benignius intuentes ipsis presentibus et futuris ac eorum civitati omnia iura libertates gratias et honestas consuetudines, quas civitati nostre et imperii de Ulma de novo sub sigilli nostri impressione concessimus, de regali clementia concedimus et donamus habendas inantea et perpetuo possidendas. In cuius concessionis et donationis nostre evidens testimonium et memoriam sempiternam presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Constantiam, XVII. kalendas Aprilis, indictione XII., anno domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

—

Der Textabdruck folgt dem Original. An grünen und gelben Seidefäden das beschädigte Majestätssiegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 161

Editionen:

JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J, Bd. 14, S. 212; Moser: Reichsstättisches Handbuch, Bd. 2, S. 468.

Regesten:

E[DUARD] M[ARIA] FÜRST VON LICHNOWSKY: Geschichte des Hauses Habsburg, 6 Bde., Wien 1836-43, Bd. 2, Nr. 194; Regesta Imperii Kaiserreich, S. 210, Nr. 151.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Albrecht I.; König, Herzog von Österreich

Ortsindex:

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Ravensburg Wohnplatz (20120)

Ravensburg, RV

Ulm UL

Ulm Gemeinde (16620)